

matur larges; prout actionem comprehendit: stri
cte enim solum in substantia; quantitate; qualita-
te; & vbi; reperitur; vt ex 5. Physicorum liquet:
pro quo vide Doct. in 4. distinct. 10. quæst. 6.

2. Nota.
Secundo notandum: quod actio respicit po-
tentiam: sicut & potentia agens, cuius est poten-
tia. Vnde sicut duplex est agens reale naturale;
alterum, quod agit per motum, sive mutationem
proprie dictam: alterum per simplicem actionem
productivam: sic potentia, sive actio, est duplex:
alia transmutativa, quæ est principium transmu-
tandi aliud, in quantum aliud: de qua Aristot. 9.
Metaph. Altera est productiva simpliciter: & est
duplex: alia pullulatoria, quæ producitur terminus
formaliter à causa distinguitus: vt actio, qua
potentia animæ ab ipsa anima producuntur:
alia, quæ producitur terminus realiter distin-
guitus: vt actio, qua Sol suos radios producit: &
hac actione fundamentum relationem causat. Pro his actionibus: & quomodo illarū sint octo
genera: consule Franciscum de Mayronis in suo
conflatu: quæst. 1. & 2.

3. Nota.
Tertio notandum: quod licet communiter
dicatur: relationem realem requirere ad sui esse
fundamentum, & terminum: non intelligendum
est: quod terminus effectiue concurrat ad ipsam:
solum enim fundamentum est causa productiva
illius: causa, inquam, effectiva, immediata, pra-
cisa, & adæquata, sine qua impossibile est ipsam
relationem ab alio immediate causari: etiam ab
ipso Deo: nam licet, secundum Doct. quodlib.
7. posse Deus causare immediate omne causa-
bile sine causa secunda efficiens; intelligendum
est: vel de causabili absolute tantum; & non de
relatio: vel de causabili non comparato ad
causam, præcisam, & adæquatam, ac immediata-
tam, maxime quando concurrit necessario in ra-
tione subiecti immediati, ac necessarij: quale
est fundamentum respectu relationis: terminus
autem tantum concurrit, vt conditio: seu vt
concausa terminans, ac compleans esse relationis:
non quod illi tribuat aliquid esse enti-
tium; sed quia relatio realis est essentialiter ha-
bitudo ad terminum realem: & ita implicat esse
sine termino, ratione cuius dicetur specificari:
non quod terminus sit intrinsece de quidditate
relationis: sed quia ordo ad ipsum est illi es-
sentialis: & hoc est, quod communiter dicitur: quod
relatio sumit entitatem à fundamento, & specifi-
cationem à termino: ac si dicatur: relatio esse &
non est à fundamento: specificatiue vero per ordi-
nem ad terminum.

Quarto notandum: quod licet intrinsecus ad-
ueniens relatio non possit esse per se principium
motus, seu actionis; vt aliqui volunt. Tamen po-
test esse terminus motus seu actionis per se; licet
non per se primo: vt optime dicunt Parisenses
in 5. Physicorum art. 2. dub. 2. & Canonicus no-
ster ibidem, q. 5. conclusione primarie opposi-
tum docet Doctor quodlib. 11. dum ait: quod re-
latio tantum terminat motum per accidens: nam
ipse ipsum explicat dicens: per accidens; id est
per aliud; sive alio acquisito: & hoc verū est: nam
relatio non potest immediate produci, non prius
productio aliquo absoluto in aliquo extremonrum

pertinente ad rationē extremi: Quare licet rela-
tio habeat per se propriā nūcitatē per actionem
propriam per se ad ipsam terminatā: hanc tamen
habet, præhabita nouitate alicuius absoluti perti-
nitentis per se ad rationē alicuius extremi: hoc est
clarissimū ad relationē non est per se primo motus:
sed per se non primo: quia prius presupponuntur
extrema: & hoc tantū intendit Subt. Doct.

Dicendum primo. Relatio realis producitur
actione alia ab illa; qua extrema producuntur:
hæc est expressa sententia Doct. in 1. dist. 17. q. 2.
lit. P. Vbi sic ait: relatio autē cōsequens extrema
necessario non habet causam propriā aliam ab ex-
tremis: ergo per actionē extremonū: & non cau-
sa extrema producentis: causatur relatio secundū
Doct. & in 2. dist. 1. q. 5. dicit: si relatio creature
ad Deū est realiter distincta: tunc immediate de-
pendet ad Deū in ratione causati ad causantē:
ergo secundum Doct. relatio distincta realiter à
fundamento: habet causalitatē immediatā. Do-
ctor sequuntur authores citati cum Parisensis
bus, & Canonico, vt supra: ac etiam Bargius loco
citat: & probatur. 1. Relatio huius generis ha-
bet propriā entitatem realiter ab utroque extre-
mo distinguita: vt articulo sequente videbimus: er-
go habet propriā causalitatē: ita quod non cau-
sur præcisē causalitatē extremonū: quia tunc non
haberet entitatē propriā ab eis realiter distinctā.

Secundo, accidentia omnia (vt ex Doct. in 4.
dist. 12. q. 3. suppono) producuntur à substātia ge-
nita, & non à substātia generata: sed relatio est
accidens: ergo ab extremonis producuntur: & non à
producente extrema, producuntur.

Tertio, nona paternitas aut est noua propria
nouitate; aut præcisē nouitate vtriusque, vel al-
terius extremi: si primū habetur intentū. Si secun-
dum: sequitur: quod erit idem: vel cum utroque
extremo: vel cu altero tantū: quia tunc habebit
præcisē eandem causalitatē passiuam: nam eadē
causalitas actiua necessario postulat eandem cau-
salitatē passiuam: ac per consequens non distin-
guetur relatio realiter ab extremonis: quod falsum
esse monstrabimus.

Quarto, Relatio realis habet verū esse reale: er-
go per aliquā actionē reale: ergo vel per actionē
immediate ad ipsam terminatā: & habetur inten-
tū: vel per actionē, qua producitur, vel terminus,
vel fundamētū: non per actionē, qua habet esse ter-
minus quia actio, quæ non attingit subiectū for-
mam; nec ipsam formā attingit: sed actio produ-
cīua termini non attingit subiectū relationis: cū
non subiectetur in termino, sed in fundamento: er-
go non per actionem termini producitur relatio.
Nec habet esse per actionē productū fundamē-
tū, quia relatio est posterior generatione funda-
mento: tū etiā, quia formae cōtrariae non accipiunt
esse per eadē numero actionē: sed idē fundamen-
tū refertur ad diuersos terminos, formis cōtrarijs
relatiis: sicut eadē quātitas, quia est maior respe-
ctu vniuersi: & est minor respectu alterius, qui sunt
duo respectus cōtrarij: ergo relationes istae non
accipiunt esse per actionē, quia quātitas produci-
tur: sed per alia propriū illis. Tū denique, quia ac-
tio, quia fundamētū sicut productū potest non esse,
quādo in ipso consurgit relatio: vt si sit vna albu-

1. Conclus.

in rerum natura; & agēs designat esse statim post
suam productionem: & post multum temporis
aliud agens producat aliud album: tunc in priori
consurgit relatio, non per actionem agentis,
quod defuit; vt pater: ergo, &c.

Dices: quod relatio habet esse per actionē
fundamenti: non immediate, sed mediate.

Contra: quidquid immediate habet esse de
novo; debet habere actionem immediatam ad
ipsum terminatam: sed relatio habet esse de no-
vo immediate: aliter enim, posito fundamento
sine termino in rerum natura, haberet relatio ve-
rum esse; licet mediate: & ita per positionem ter-
mini nihil haberet relatio de novo: quod est fal-
sum: ergo nec per actionem fundamenti; quan-
tu[m]uis mediate; habet esse relatio.

2. Conclus.

Dicendum secundo, terminus nullo modo
concurrit efficienter ad relationē, sed tota actio,
qua producitur tenet se ex fundamento, tanq[ue]
à causa immediata, & adæquata. Hæc est Leu-
cheti vt supra, & quoad primam partem proba-
tur: nam virtus finita debet habere sphæram de-
terminatam suę actuitatis: sed si terminus posset
relationē realem in fundamento causare; non
haberet talē sphæram determinatam: nam posi-
to uno albo in Cœlo, & alio in Inferno consurgit
similitudo, ergo si album, quod est in Cœlo cau-
sat similitudinem in albo, quod est in Inferno: vi-
detur non habere sphæram determinatam: & op-
positum videtur impossibile.

Secunda pars est manifesta: nam relatio est
entitas realis realiter causata: aliter enim: si esset
incausata, esset Deus: sed non causatur per actionē,
qua producuntur extrema; nec per actionē
à termino prouenientē: ergo per actionem fun-
damenti.

Dices in favorem prime sententiae: actio,
qua producitur relatio, est etiam relatio: ergo
per aliam actionem producitur: & sic in infinitum.

Secundo, omnes relationes videntur esse se-
cundi modi: nam omnes videntur fundari super
actionem, & passionem: sed hoc est cōtra Arist.
& contra omnes: ergo, &c.

Ad primum dico: quod in relationibus pro-
ductiis est status: nam actio non producitur alia
actionē: sed ipsa immediate à forma, seu potentia
productiva elicitur.

Ad secundum dicendum: quod relationes
secundi modi fundantur super actionem, qua ali
qua natura alicui individuo communicatur: non
vero fundantur super quamcumque actionem
productivam: qualis est actio, qua fundamentū
producit: nam per illam non tribuit esse eiusdem
rationis relationi: quia tunc fundamentū, & re-
latio essent eiusdem generis, & speciei: sed tantū
tribuit illi esse simpliciter.

Ad argumenta prima sententiae responde-
tur: ad primum quod ad relationem non est per
se motus: bene tamen est per se actio: non per se
primo: sed per se non primo.

Ad secundum dico: quod relatio produci-
tur proprietate: tamen quia necessario ponitur, extre-
mis positis, dicitur communiter comproduci.

Ad primū Ad secundam, pro secunda sententia dico:

quod relatio dependet à termino, vt à condi-
tione; & à causa complerente; ac specificante: non ve-
rente; vt à causa efficiente.

Ad secundum dicendum: quod licet quan-
titas non sit actua quantum ad transmutationē
generatiuam, & alteratiuam: quia non est princi-
pium alicuius accidentis corporalis: bene tamen
ponit de genere actiūorum ad producendam
relationem: sicut producit sui speciem intelligi-
bilem in intellectu: vt videtur tenere Doct. in 4.
distinct. 12. quæst. 3. ad argumenta principa-
lia.

Vtrum autem relatio, quæ super aliam rela-
tionem fundatur, causetur ab ipsa relatione, quæ
est eius fundamentū: vel ab absoluto, in quo illa
prior relatio fundatur? dubium est: Bargius vt
supra hoc se cundum affirms: sed illi, qui tenent
relationem esse causatiuam speciei intelligibilis
sui, primum necessario concedere debent, elige,
quod tibi magis placuerit.

ARTIC. III.

An relatio realis realiter à suo funda-
mento distinguatur?

RIMA sententia afferit: quod relatio, 1. Sententia
licet sit realis intrinsece, & realiter deno-
minans subiectum: non tamen est reali-
ter à fundamento distincta: sed eadem

realitas absoluta fundamenti est realitas relatio-
nis, quatenus connotat terminum extrinsecum:
itaque tantum inter relationem huius generis, &
fundamentū, distinctionem rationis ratio ē na-
rā videtur hæc sententia concedere: quam Nomi-
nales, quos citat, & sequitur Suarez secundo to-
mo Metaph. disput. 47. sc. 2. defendit: & pro-
batur primo, si paternitas distinguitur ab homi-
ne, qui est pater; vel subiectatur in toto homine;
vel in aliqua parte: non in toto homine: quia tunc
quilibet pars hominis esset pater: nec in aliqua
parte: cum talis non sit assignabilis: ergo paterni-
tas non distinguitur realiter à fundamento: alias
enim in aliquo subiecto subiectatur.

Secundo arguit Ocham in primo distin-
ct. 30. quæst. 1. Relatio distinguuntur realiter à fun-
damento: ergo poterit Deus eam ab illo separa-
re: quod implicat: pater consequentia: quia quæ
realiter distinguuntur; & vnum non est alterius
pars: possunt ab inuicem separari: sed per vos re-
latio realis est huiusmodi: ergo.

Tertio, ex opposita sententia sequitur pro-
cessus in infinitum: ergo non est amplectenda:
pater antecedens: relatio realiter distinguuntur à
fundamento: sed illa distinctio est relatio: ergo
vel inter illam, & fundamentū est distinctio;
vel non: si hoc secundum: habetur intentum: si
primū: quādo de illa alia distinctione, quæ est
relatio: & ita in infinitum abibis.

Quarto sequitur: quod in Petro sunt infini-
ta realitates; videlicet proportionis; similitudi-
nis: & dissimilitudinis: pater: quia quo possunt
termini assignari: tot erant in illo relationes: &
cum

3. Argum.

4. Argum.

cum termini possint esse in numeris innumeræ in eo erunt relationes, & entitatis reales: quod est inconveniens.

5. Argum.

Quinto sequeretur: quod Petrus albus, posito alio albo, mutaretur: quia nullum ens realis ab alio realiter distinctum potest alicui aduenire; quin illud realiter mutet: quod in relatiis non euenit.

6. Argum.

Sexto sequeretur: quod Petrus albus cum similitudine esset magis cōpositus; quam Petrus albus, ut sic: consequens est fallitum: cum per similitudinem non mutetur: ergo, &c.

2. Sentent. Doctoris.

Secunda sententia affirmat inter relationē huius generis, & eius fundamento, distinctionem vere realē interuenire: ita omnium Scotistarum cōetus cum Doctore in secundo dist. 1. quæst. 5. & quodlib. 11. cui subseribunt peritores Thomistæ; qui quidem distinctionem realē admittunt: sed an debat dici realis realis: an realis formalis non omnes cōueniunt: alij enim ea absolute realē appellant: ita D. Thomas de potētia quæst. 8. & alibi saepe Sonzings 5. Metaph. quæst. 28. Iabellus quæst. 22. & alij multi. Alij autem, de quorum numero est Araujo 5. Metaphys. quæst. 5. art. 5. eam realē formalē positivam, & actiuelam dicunt: nam licet alibi in hac distinctionem formalem nostram, equis (vt aiū) & quadrigis, inuehantur: in præsenti tamen veritate necessitate compulsi eam placido, ac sereno vulto amplectuntur. Sed quia hoc non est iuxta Doctoris placitum: pro illius mente aperienda.

7. Not.

Notandum primo, ex eodem in tertio dist. 1. quæst. 1. prop̄ finem: quod triplex est relationis modus: primus est: quando fundamento nequit esse absque suo termino: vt accidit in omnibus relationibus, quæ essentialiter ab alio dependent: quales sunt transcendentales. Secundus est: quando fundamento potest esse absque contradictione, sine termino: posito autem termino; cōsequitur relatio: itaque extrema simili posita sunt causa relationis: sive in utroque extremo; sive in altero: vt patet in duobus albis. Tertius modus est: quando nec fundamento coexigit terminum; nec habitudinem ad terminum: nec etiam termino, & fundamento positis; cum omnibus absolutis sibi ab intrinseco conuenientibus, necessario relatio extrema cōsequitur; nec alterū illorum: sed contingēter; & medio aliquo extrinseco, quo causatur relatio: & hic modus in sex vltimis predicationis reperitur. Vnde secundus tantum est, qui ad rem spectat.

2. Not.

Secundo notandum ex Doct. in secundo, distinc. 1. quæst. 5. lit. D. & quæst. 3. quodlib. lit. C. quod relatio dicitur modus substantiæ: non modus intrinsecus, qui est realitas quædam tantum formaliter à re, cuius est modus, disticta: sed appellatur modus, qui est vera res, & per se vna: sicut qualitas dicitur modus: quia non est ita per se ens, sicut substantia, quam modifi- cat. Quare distinctione inter rem, & modū in hac secunda acceptione est vere realis: & non modalis: quæ scilicet datur inter rem & modū intrinsecum eius. Vnde Rubius, & alij, quos citat Suarez, qui distinctionem inter relationem, & fundamento modalem appellant; vel n obiscum

sentiunt; si modum in secunda acceptione sumant; vel falsum dicunt: quia maior distinctio exigit in presenti.

Tertio notandum: quod distinctio realis, vt super vniuers. quæst. 1. vidimus; tot modis distinc- tur, quot & identitas, cui opponitur. Vnde sicut identitas realis potest sumi, vel ratione existentiae, vel subsistentiae: quia scilicet res identificatae eadem existentiam, vel subsistentiam habent: sic etiam distinctio realis penes existentiam, vel subsistentiam sumitur.

Corol. 1.

Ex quo infertur primo non inconvenire ali- quæ eis idem ratione subsistentia, & realiter ratione existentiae distinguuntur: pater in partibus to tius integralis: pes enim & manus realiter inter se distinguuntur, ratione existentiae; licet realiter in supposito identificentur: & idem de omnibus accidentibus est phyllophandum: certissimum enim apparet, Petrum, & eis quantum, qualem, & similem; non vnico: sed accidentibus distinctis: quæ, cum in opinione Doct. habeant aliam, & aliam existentiam distinctam; & cum secundum omnium opinionem subsistentiæ subsi- stentia subiecti: sequitur esse eadem inter se, ratio ne subsistentiae; & distincta ratione existentiae.

Corol. 2.

Insertur secundo duo accidentia, quæ eadē Corol. 2.

subsistentia subsistunt; aliter distinguuntur: inter se, quam distinguuntur ab alijs, quæ in alio subiecto existunt, & subsistentiam quæ subsistunt in eo- dem subiecto tantum distinguuntur inter se ra- ratione existentiarum; ab alijs vero, & ratione sub- sistentiae: vt similitudo, & quantitas in Petro ali- ter inter se distinguuntur, quam à similitudine, & quantitate, quæ sunt in Francisco. Ex quo pa- tet, quomodo relatio potest esse idem fundamen- to; & distincta: est idem illi ratione subsistentiae; & distincta ratione existentiarum.

Dicendum primo, relationes illæ, quarum fundamenta nequeunt esse sine terminis absque contradictione, non distinguuntur, nisi formaliter ab ipsi fundamētis: hæc est communis apud nos, cum Doct. vbi supra: probatur: quod for maliter inest alicui, sine quo illud esse non pos- test, est idem realiter ipsi: sed huiusmodi sunt pre dictæ relationes: vt patet in relatione creatura ad Deum: ergo sunt idem realiter suis fundamen- tis: ergo tantum ab illis ex natura rei formaliter distinguuntur: maior probatur: sicut contradic- tio dicta de aliquibus est ratio, concludendi di- distinctionem: ita impossibilitas recipiendi predicationem contradicitoriorum pertinentium ad esse est ratio concludendi identitatem: sed impli- cat: quod tale fundamento sit: & non sit relatio: ergo realiter identificantur; & solum forma- liter distinguuntur.

Confirmatur: Relatio dependentia ad Deū est aliquid realiter in creatura distinc- vna: ab ipso esse absolu- to: sed non distinguuntur realiter pro- prietate: nec ratione tantum: cum talis relatio depen- dentia sit extra intellectum: ergo formaliter di- stinguitur. Maior probatur: creatura à parte rei formaliter est aliquid absolu- to; & formaliter dicit dependentiam ad Deum: sed talis depen- dentia formaliter est relatio, & aliquid, præ-

3. Not.

Corol. 3.

Corol. 4.

Corol. 5.

Corol. 6.

Corol. 7.

Corol. 8.

Corol. 9.

Corol. 10.

Corol. 11.

Corol. 12.

Corol. 13.

Corol. 14.

Corol. 15.

Corol. 16.

Corol. 17.

Corol. 18.

Corol. 19.

Corol. 20.

Corol. 21.

Corol. 22.

Corol. 23.

Corol. 24.

Corol. 25.

Corol. 26.

Corol. 27.

Corol. 28.

Corol. 29.

Corol. 30.

Corol. 31.

Corol. 32.

Corol. 33.

Corol. 34.

Corol. 35.

Corol. 36.

Corol. 37.

Corol. 38.

Corol. 39.

Corol. 40.

Corol. 41.

Corol. 42.

Corol. 43.

Corol. 44.

Corol. 45.

Corol. 46.

Corol. 47.

Corol. 48.

Corol. 49.

Corol. 50.

Corol. 51.

Corol. 52.

Corol. 53.

Corol. 54.

Corol. 55.

Corol. 56.

Corol. 57.

Corol. 58.

Corol. 59.

Corol. 60.

Corol. 61.

Corol. 62.

Corol. 63.

Corol. 64.

Corol. 65.

Corol. 66.

Corol. 67.

Corol. 68.

Corol. 69.

Corol. 70.

Corol. 71.

Corol. 72.

Corol. 73.

Corol. 74.

Corol. 75.

Corol. 76.

Corol. 77.

Corol. 78.

Corol. 79.

Corol. 80.

Corol. 81.

Corol. 82.

Corol. 83.

Corol. 84.

Corol. 85.

Corol. 86.

Corol. 87.

Corol. 88.

Corol. 89.

Corol. 90.

Corol. 91.

Corol. 92.

Corol. 93.

Corol. 94.

Corol. 95.

Corol. 96.

Corol. 97.

Corol. 98.

Corol. 99.

Corol. 100.

Corol. 101.

Corol. 102.

Corol. 103.

Corol. 104.

Corol. 105.

Corol. 106.

Corol. 107.

Corol. 108.

Corol. 109.

Corol. 110.

Corol. 111.

Corol. 112.

Corol. 113.

Corol. 114.

Corol. 115.

Corol. 116.

Corol. 117.

Corol. 118.

Corol. 119.

Corol. 120.

Corol. 121.

Corol. 122.

Corol. 123.

Corol. 124.

Corol. 125.

Corol. 126.

Corol. 127.

Corol. 128.

Corol. 129.

Corol. 130.

Corol. 131.

Corol. 132.

Corol. 133.

Corol. 134.

Cor

Prædicamenta Scotti de Relatione,

Doctoris nō est vera in relatiū: vt ipse Doctor dicit in secundo, distinct. 1. quest. 4. & 5. respōdendo ad questionem.

Sed bona venia tanti Magistri: Doctor nulli bi op̄positum nostrae assertionis assurit: nec in Secundo suam regulā exceptionem legi: & si talis ibi habeatur, debet intelligi de relatiū trās̄tendentib⁹, de quibus specialiter tractat.

Quare alter responderet Dominus Leuchetus, vt supra: & est secunda solutio Bargij: quod regula non est vniuersaliter vera: nisi quād prius non est causa præcisa, necessaria, adæquata, & imm̄ediata posterioris: cum vero extrema sint huiusmodi causa, non poterunt esse de potentia Dei sine relationib⁹: sicut nec homo sine risibili: nec materia, & forma, vt vñita, sine composito: licet, yt sic, realiter distinguantur.

Sed hæc solutio in præsenti non tenet: duplex enim est causa necessaria & adæquata: altera, quæ agit per pullulationem: altera, quæ vere agit, & efficit per veram actionem: prima nō potest esse sine effectu suo: vt cap. de proprio diximus: secunda vero optime potest esse sine suo: quare talis dicitur causa necessaria, & imm̄ediata: quia effectus non nisi ab illa potest imm̄ediatae causari: non vero quia eius effectus impedit non posse. Nec exemplum de materia & forma vrgit: nam ipsæ vñitas sunt causæ extrinseca cōpositi: extrema vero sunt causæ extrinseca, & efficientes relationis: & ideo licet implicit illas esse sine posteriori: non tamen istas: vt patet: ergo, &c.

Dices: impossibile est: quod sint duo alba; quin similia dicantur: & generans, ac genitus; quin sit paternitas, & filiatio: ergo conclusio est impossibilis.

Respondeo cum Francisco, vt supra: quod ista argumenta concludunt de relatione fundamentali: sed non de actuali: ita quod Deus non potest facere duas albedines; quin sint assimilatae: sed non necessitatim: vt sint acta similes.

Secunda pars statuit contra Ioannem Canonicum primo physicorum, quest. 4. art. 3. assertente non esse impossibile Deo relationem ab extremis separare: & probatur: relatio ex sua natura est habitudo fundata in fundamento, & terminata ad terminum, & prius ad existendū præsupponit illa: ergo per nullam potentiam potest dari sine extremis: patet consequētia: quia Deus non potest suplere rationem fundamenti: vt est relatum; nec rationem termini: vt terminus est: non enim hæc duo sunt solum causa efficientes relationis: sed vltra sunt fundamentum, & terminus, quorum vices, vt sic, nullatenus Deus suplete potest. Et per hoc solvuntur argumenta Ioannis.

Ad primū.

Ad argumenta contraria sententia responderetur: ad primum dico: quod paternitas subiecta est immediate in potentia generativa: & cum talis potentia sit torius hominis; ideo totus homo dicitur generare, & pater: exemplum: risibilitas tantum in potentia ridendi immediate subiecta: & nihilominus totus homo ridere dicitur.

Ad secundū.

Ad secundum nego consequētiam: ad pro-

bationem dico cum Doctore in quarto, dist. 12. quest. 1. in D. quod relatio, vt relatio, requirit necessario, & præsupponit extrema, à quibus dependit: & ideo nequit sine illis per aliquam potentiam conferuari: vt iam diximus.

Ad tertium.

Ad tertium, respondeo cum Doct. in secundo, vt supra lit. H. quod in relationibus est status: nam licet duo alba sint similia duabus similitudinibus à se realiter distinctis: ipse tamen similitudinibus, vel seip̄sis sunt similes; vel alijs similitudinibus cum ipsis realiter identificatis: quia earum fundamenta nequeunt esse sine ipsis.

Ad quartum, dico cum Francisco de Kario in primo, distinct. 29. quest. 2. quod non apparet magnum onus portandum habere aliquem infinitas relationes: quod magis est admirationis signum: quam absurdum: & ita intentum argumenti concedo.

Ad quintū, dico cum Doctore in secundo, loco citato in solutione ad secundum, quod subiectum mutatur, non ad se, sed ad aliud.

Ad sextum, Respondeo cum eodem, solutio ne ad primum maiorem esse veram: nam certum est aliquid esse compositus rebus diversorum generum: si illa habeat; quam si illa non habeat: & cum albedo habeat similitudinem; compositior est; quam nude considerata.

ARTIC. V.

An relationes huius generis distinguantur etiam per fundamenta:
& quot sint talia distinctiones?

1. Not.

SINE argumentis pro istius articuli intelligentia notandum primo. Ex doctore quest. præcedente, §. ad primum istorū dici potest, & in secundo, distinct. 1. q. 5. lit. H. quod licet relatio habeat sua genera, species, & individua; sicut & quodlibet aliud prædicamentum: tamen propter eius modicam extensitudinem, & diversitatem, non potest esse nisi per aliquid intrinsecum: nam talis per ordinem ad terminum sumitur: sed est distinctione per aliquid extrinsecum, sive efficiens, sive materiale: & de talibus extrinsecis distinctionis inquirimus quod, & quæ sint; & an reæ a Phylōsopho assignentur.

Secundum notandum: quod fundamenta relationis sunt in dupli differentia: remota, quæ proprie fundamenta appellantur; & proxima, quæ potius rationes fundandi, sive dispositiones ultimæ dicuntur: & quamvis Arist. 5. Metaph. cap. 14. tex. 20. solum de proximis loquutus fuerit: videlicet de vnitate, quæ est ratio fundandi primum modum relationum: & de actione, & passione, quæ secundum fundantur: ac de ratione mensuræ, & mensurabilis, quæ fundat tertium modum: nos in præsenti, non tantum de istis; sed de remotis agemus: scilicet de duabus albedinibus, y. g. de potentia activa aut passiva; & de men-

sura.

2. Not.

surabili, ac mensurante: nam hæc sunt proprie relationum extrinseca distinctiua.

1. Cœlus.

Dicendum primo, fundamenta remota sunt propria distinctiua extrinseca relationum. Hæc est Doct. locis citatis, & super 5. Metaph. tex. 20. in primo, distinct. 27. & in quarto, distinct. 6. quest. 10. in fine & distinct. 13. quest. 1. lit. V. & probatur primo. Illud est extrinsecum distinctionum relationum, quod illas vel recipit, vel causat: sed tantum fundamenta remota sunt proprie huiusmodi: ergo.

Secundo, quod non est, nihil fundare potest: sed transire actione, & passione, manet relatio: vt patet in patre & filio, qui relationes sunt, transacto generationis actus: igitur actio & passio non possunt esse propria distinctiua paternitatis, & filiationis: quia distincta, & distinctiua debent esse simul: igitur: cum nō detur mediū; & actio, & passio non sint propria distinctiua istarum relationum; necessario erunt potentia activa, & passiva, quæ sunt fundamenta remota: igitur, &c.

2. Conclus.

Dicendum secundo. Rationes fundati distinguunt tantum ut conditiones necessario requiriuntur: est Doct. in quarto, vt supra: & probatur primo, ex Arist. dicente: hæc fundamenta proxima distinguere relations: sed eas non distinguunt ut causæ efficientes: nec ut subiecta illarum: quæ sunt propria extrinseca distinctiua: ergo distinguunt veluti dispositiones, & conditiones requisitæ.

Secundo, vnumquodque est alterius distinctionum eo modo, quo est illius constitutum: sed rationes fundandi non constituent relations: nisi, ut dispositiones præiuia: ergo ut tales eas distinguunt.

3. Conclus.

Dicendum tertio, licet fundamenta remota sint propria distinctiua extrinseca relationum: nihilominus ut eorum numerus in communi cognoscatur, penes rationes fundandi attendi debent: & cum rationes fundandi sint tantum tres, tria tantum erunt fundamenta remota in communione. Hæc assertio quo ad ambas partes debet esse communis.

Et quo ad primam probatur: nam fundatum indifferens ad relationes istius, vel illius modis, sit aliquid proprium: debet attendi penes illud, quod ipsum determinat, ac proprium reddit: sed aliquod fundamentum remotum potest fundare relations huius, vel illius modi, est que indifferens ad illas: & determinatur per hanc, vel illa rationem fundandi: ergo penes illam debet attendi. Minorem probo: nam eadem substantia potest fundare relationem identitatis: & etiam relationem mensuræ: si sit perfectioris species interspecies sui generis: quæ duæ relations sunt alterius, & alterius modi: & substantia illa efficitur fundamentum proprium relationis identitatis ratione vnitatis formalis: & relationis mensurantis per rationem mensuræ: quæ duo sunt rationes fundandi, ut patet: ergo penes rationes tales attenditur determinatio in fundamentis: si cut materia prima efficitur propria huius formæ per ultimam dispositionem eam ad illam disponentem: & qualibet causa efficiens ab ultima co-

Quæst. II Art. 6.

ditione requisita causat suum effectum: sine qua ipsum non causat.

Secunda pars constat: ut per Arist. qui ex tribus rationibus fundandi relatis tres tantum modo relationum assignavit. Tum etiam, quia nulla est relatio, quæ ad has tres rationes fundandi non reducatur: ut in sequentibus articulis perspicuum erit.

ARTIC. VI.

An primus modus relationum sit recte assignatus?

QUOD non videtur: relations istius 1. Argum. modi super diuersa generalissima fundantur. ergo nō sunt relations vñius generis: patet consequētia: relationis vel est idem fundamento; vel non: si sic: habeo intentum: quia que realiter sunt idem, ad idem prædicamentum pertinent. Si nō: contra. Relatio sumit distinctionem à fundamento: sed fundamenta sunt genere distincta: ergo & ipsa relatio.

Secundo, vñitas formalis est quid negativum: ergo nō equis relationem realem fundare: consequētia patet: quia fundatum negativum ens reale, ac positivum, fundare non potest. Antecedens est in Thomistam Scholam receptum: igitur, &c.

Tertio, duæ albedines possunt fundare relationem identitatis, & non similitudinis: si non habent eosdem gradus intentionis: ergo falsum est dicere: quoq; in rebus eiusdem generis possunt simili fundari relations identitatis; similitudinis; & æqualitatis: ergo, &c.

Pro intelligentia notandum primo, quod Arist. primum relationis modum, seu genus, 5. Metaph. cap. 15. appellat relationia secundum numerum, sive vnitatem: quia in vnitate, & numero fundatur: nomine autem vnitatis, aut numeri, non solum quantitatum intelligit, in quo fundantur omnes relations proportionis: quibus ad numerum ad vnitatem, seu ad alium in æqualem numerum comparatur: sive tales relations generatim significantur: ut excedens ad excessum, multiplex ad submultiplex: sive determinate: ut duplū ad dimidium: quæ relations licet in quantity continua reperiuntur: dicuntur secundum numerum: quia excessus ille, & diversitas numeri significatur: sed etiam intelligit nomine vnitatis, quia est passio cuiuslibet naturæ: & a Doctore formalis appellatur, ex qua conuenientia multorum in una natura resultat: & nomine numeri intelligit pluralitatem multorum: ex qua diversitas oritur. Vnde hoc primum genus secundum Arist. est, quod in multorum vnitate: ut idem, similitudo, & æqualitas: & in multorum pluralitate: ut dissimilitudo, diversitas, inæqualitas, & aliae relations, quæ istis reduci possunt: sumuntur.

Vnde, cum in omnibus gradibus, & rebus prædicamentibus, prædicta vñitas reperiatur pos-

si;